

bus cubitalibus, & in eorum cacumine capitulis oliuæ magnitudine: flore croci: semine candido aut fulvo, oblongo, angulo-
so; illo flore in obsoniis vtuntur. Seminis
verò contusi & expressi succus ex aqua mul-
ta aut gallinacci iuiculo aluum purgat, sed
stomacho aduersatur. Fiant & ex eo pla-
centulæ aluum emollientes, adiectis succo
amygdalis, nitro, aniso & melle cocto. Hæ
in frusta quatuor dividuntur, quæ nucis ju-
glandis magnitudinem impleant: è quibus
ante cœnam duo triâve sumi oportet. Ratio
temperandi ea est, vt accipientur, cnici can-
didi sextarius unus, nucum Thasiarum seu
amygdalarum tostarum & decorticatarum
cyathi tres, anisi sextarius unus, aphronitri
drachma una, cum carne caricularum nume-
ro triginta. Cæterum seminis succus lac-
tiam coagulat, ipsimque ad soluendam al-
uum efficacius reddit.

De Linozostide, seu Mercuriali.

CAP. CXCI.

LINOZOSTIN aliqui parthenium, alij
Mercurij herbulam appellant. Folia ha-
bet ocimi, helixinæ cognata, sed minora: ra-
mulus duplice geniculorum nodo cinctos,
& alarum cauis multis iisque densis prædi-
tos: semè, fœminæ quidè, racemosum atque
copiosum: mari verò, iuxta folia paruum

ac

ac rotundum, ceu binos testiculos vnà cohærentes. Totus autem frutex dodrantalis est, aut etiam maior. Vtraque aluum cier, si olerum vice mandatur. Cocta verò in aqua, e-
poto iure, bilem aquosaque detrahit. Cre-
duntur autem folia trita si bibantur, atque
etiam à purgatione menstrua verendis ad-
moueantur, ut foeminæ concipientur facere:
maris verò folia similiter usurpata, ut mas-
culi gignantur efficere.

De Cynocrambe. CAP. CXCII.

CYNIA seu cynocrabe, aliis mercurialis
sylvestris mas, caulinum emittit bi-
num palmorum altitudine, mollem ac sub-
albidum; folia mercuriali aut hederæ simi-
lia, certis intersticiis candidantia: semen fo-
liis adiacet paruum ac rotundum. Folia cum
caulinibus olerum instar pota, vim alui cieñde
habent. Ius verò decocti, bilem aquosaque
detrahit.

De Heliotropio magno, seu Solari herba maiore.

CAP. CXCIII.

HELIOTROPIVM magnum aliqui à flo-
ris figura Scorpiron appellauere: cæ-
teri heliotropium, quoniam folia sua cum
inclinante sole circumagat. Folia ocimi ha-
bet, hirsutiora tamen, nigriora maioraque:
ramulos ab ima radice ternos, quaternos,
quinquosve, compluribus alis concauos: flo-

Kk. j.

rem in ipsorum cacuminibus candidum, purpurascens, qui ad similitudinem caudæ scorpionis incurvatur. Radix gracilis est arque superuacua. Nascitur in asperis. Huius manualis fasciculus ex aqua decoctus & potus, pituitam bilémque per alum extrahit. Prodest & contra scorpionum ictus ex vi-
no bibitum, atque etiam illitum: ad arcen-
dos verò conceptus, amuleti instar adalliga-
tur. Aiunt porro seminis grana quatuor ho-
ra una ante accessionem cū vino pota, quar-
tanæ finire: tria verò, tertianas. Illitum au-
tem semen, myrmecias, pensiles verrucas,
thymos & epinyctidas exiccat. At folia po-
dagris luxatissime, & infantium adustioni,
quam siriæsin vocant, utiliter illinuntur. Mē-
ses eadem carent: atque etiam partus trita &
imposita pellunt.

De Heliotropio parvo.

CAP. CXCIV.

HE LIOTROPION paruum, (quod & alio
nomine Scorpiuros vocatur,) nascitur
in palustribus, & iuxta lacus, foliis antedicto
proximis, ac rotundioribus: semine rotun-
do, pensilium verrucarum modo dependente.
Herba cū semine pota, additis nitro, hyl-
sopo, cardamomo & aqua, valet ad latos te-
retésque lumbricos excutiédos: quin & pen-
siles verrucas cun sale illita tollit.

De

De Scorpioide.

CAP. CXCV.

SCORPIOIDES herbula est, foliis paucis, & semine caudæ scorpionis effigie. Hæc il-
lita, contra scorpionum iectus præsentaneo
sunt auxilio.

Quarti libri finis.



P E D A C I I D I O-
S C O R I D I S A N A-
zarbæi, De medica materia
Liber quintus.

I A N O A N T O N I O S A R A-
C E N O L V G D V N A B O,
I N T E R P R E T E.

VONIAM superioribus qua-
tuor libris, amicissime Areæ,
de aromatibus. oleis, vnguen-
tis, arboribus & earundem
fructibus atque lacrymis: i-
temque de animalibus, mel-
le, laete, adipe, cerealibus & oleribus egimus:

K k. ij.